

Cuius ab ore faces, cum vult accendere diuos,
Ignipotens inflamat Amor: cui lumina flammis
Bina vomunt, imitatur ebur manus, inq; natantes
Lacterosas aquant niveo labra mixta rubori,
Bombycum vincit telas coma, lilia cervix.
Quam Charites finxere manu, Mildalbides inter
Gemmas conchatis enutrivere sub antris
Eductam ingenue, sancto assuetamq; pudori.
Quam prater meruit dici te nulla marito
Digna, nec in vacuum succedere nupta cubile.
Accipe coniugij sociatam foedere diuam,
Alma cui castum Pietas insevit amorem.
Quam tibi consortem vita, de millibus unam,
Delegit Deus ipse, tuo Deus aequus amori,
Et luctus releuare graues, curisq; mederi
Præcepit, matremq; tua de prole vocari.
Nempe sui non dum curam dimittere catus
(Jam pridem quamuis cæli te regia nobis
Inuideat, pridemq; iubas tibi contrahat, olim
Puniceo qui nascenti Leo fulsit in ortu)
Non dum ille imperij te vult deponere fasces,
Quod fulcis humero certam prohibente ruinam.
Ergo tuam quoties vlnis amplecteris H A G N E N,